Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



trascendentes
in naui abierunt trans mare galilee qd est tybi-
adis in destrum locum Qd cum audisset turbe secute
sunt eum Et uiderunt eos abeuntes et cognouerunt multi
et pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc
et praeuenerunt eos. Et exiens uidit turba multa
ihus. et misertus est super eos. quia erant sicut oues no
habentes pastorem. Et cepit illos. et loquebatur
illis de regno dei. et cepit illos sanare multa. et cu-
rauit languidos eorum Erat autem multitudo
magna. quia uiderunt signa que faciebat super
his qui infirmabantur Abiit ergo in montem ihs et
ibi sedebat cum discipulis suis Erat autem proximum
pasca dies festus iudeorum Deinde cum fuerit
ad eum discipuli eius dicentes Deserti est locus
et hora iam preteriit. dimitte turbas ut euntes
in castella uillas que circa sunt diuertant ut in-
uenant escas. ut emant cibos qs manducent. quia
in loco deserto sunt Ihus autem dixit eis Non
habent necesse ire Date illis uos manducare. Ci
sibi renuntiauerunt ergo octo ieth. et uidisset quia multi-
tudo maxima uenisset ad eum dixit ad philippum.
Unde emamus panes ut manducent his Hoc autem
dicebat tentans eum ipse enim sciebat quid esset faciturus
Respondit ei philippus Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis. ut unus quisque modicum quid accipiat.
Et dixit eis Quot panes habetis. ite et in-